

NY-18-00389



20 on

Orrostudori érte,
heres.

KNY-18-00389

JOSEPHI CHRISTOPH.
SCHMIDT

OETTINGENSIS EX S. R. IMPERIO, AR-
TIS OBSTETRICIÆ MAGISTRI

DISSERTATIO
INAUGURALIS MEDICA

DE

LIENTERIA.

QUAM

EXANTLATA EX UNIVERSA MEDICINA
RIGOROSIS EXAMINIBUS

AUTHORITATE ET CONSENSU INCLYTÆ

FACULTATIS MEDICÆ

*Pro summis in Medicina Honoribus Pri-
vilegiisque Doctoralibus, per Regiam
Universitatem Budensem impertiri soli-
tis, legitime consequendis*

IN CELEBERRIMA AC REGIA UNIVERSITATE

BUDENSI

PUBLICÆ ERUDITORUM DISQUISITIONI

submittitur.

DISPUTABITUR IN UNIVERSITATIS

PALATIO MAJORE

DIE MENSIS APRILIS M. D. CC. LXXXIII.

BUDÆ,
typis Catharinæ Landerer, Viduæ.

. Non credunt posse eum scire,
quomodo Morbos curare conveniat, qui, unde
hi sint, ignoret. AUREL. CORNEL. CELSUS.
L. 1. pag. 2.

. Cujus rei non est certa cognitio,
ejus opinio certum reperire remedium non potest:
Verumque est, quod ad ipsam curandi rationem, ni-
hil plus confert, quam experientia. ibid. L. 1. p. 13.



KNY-18-00389

EXCELLENTISSIMO

A C

ILLUSTRISSIMO

DOMINO DOMINO

FRANCISCO DE PAULA

E COMITIBUS

BALASSA,

D E

BALASSA-GYARMATH,

PERPETUO IN KÉKEÖ, VÁG-BESZ-
TERCZE, LIETAVA, ET EBERHARD, IN-
SIGNIS ORDINIS S. STEPHANI REGIS APO-
STOLICI COMENDATORI, INCLYTI CO-
MITUS SYRMIENSIS SUPREMO COMITI,
THESAURARIO REGIO HUNGARICO,
EXCELSÆ CAMERÆ REGIÆ HUNGARI-
CO AULICÆ PRÆSIDI, SACR. CÆSAR.
REG. ET APOST. MAJEST. CAMERA-
RARIO, ACTUALI INTIM. STATUS
ET AD EXCELS. CONSILIUM REGIUM
LOCUMTENENTIALE CONSILIARIO,
SACRÆ REGNI HUNGARIÆ CORONÆ
CONSERVATORI, NEC NON SUPERIO-
RI REGIO SCHOLARUM ET STUDIO-
RUM PER DISTRICTTUM POSO-
NIENSEM DIRECTORI. &c.

MOECENATI
SUO
GRATIOSISSIMO,
HOCCE
PRIMITIARUM SUARUM
SPECIMEN
IN
MAXIMÆ VENERATIONIS ATQUE OBSER-
VANTIÆ
MONUMENTUM

D. D. D.

AUCTOR.



LIENTERIA.

DEFINITIO.

LIENTERIA (Δειντεγία), ab A. C. CELSO (a) *levitas intestinorum* dicta, est cita ore ingestorum vix vel nullatenus mutatorum alvo expulsio, seu est diarrhœa assumptorum parum vel nil mutatorum; dum nempe talia rursus omni sua dote alvo egeruntur, qualia ore assumpta sunt, excepta forsitan mutatione, quam in ore sub masticatione

(a) De medicina L. 4. C. 16.

subierant. GALENUS (a) quidem et H. BOERHAAVIUS (b), alique passim affectionem hanc tantum ad alimenta referunt, dum prior „ lævitas (ait) „ intestinorum . . . est velox exitus „ eorum, quæ comeduntur atque „ bibuntur, quæ talia dejiciuntur, quæ „ lia fuere devorata „ &c. Posteriori autem lienteria „ est cita expulsio per „ alvum alimentorum, quæ ventriculo „ ingesta, non mutatorum „. Sed aptius ea de re CELSUS (c) „ ex tor- „ minibus (inquit) interdum intesti- „ norum lævitas oritur, qua continere „ nihil possunt, et quidquid assumptum „ est, inconfectum protinus reddunt „. Cur enim non et medicamenta huc referas, ut quæ perinde nil mutata visa sint ocyus alvo egeri? Docent id bini Vratislaviensium pueri (d). Porro quod ad egestionis celeritatem attinet, non videtur J. N. PECHLINO (e) id ad

(a) Comment. in HIPPOCR. L. 6. aphor. 1. et comment. 2. ejusd. epidem. L. 1. S. 2. St. 2.

(b) Instit. medic. §. 812.

(c) l. c.

(d) Vide caus. proegum No 4. et procat. No 4.

(e) Obs. phys. med. L. 1. obs. 53. p. 122.

lienterix indolem pertinere, ut ocyus ingesta alvo excernantur, sed satis esse, si ingesta nil mutata fuerint egesta, seu id ocyus seu serius accidat : „ certe „ id notasse videor (ait ille), in non „ nullis etiam agris moram traxisse ali- „ menta „. Cujusmodi quid etiam L. DURETUS (a) observavit : „ vidimus „ (inquires) mulierem quamdam, quæ „ exactis 22 diebus catapotia, quæ illi „ præscripta fuerant, similia, eadem, „ et paria excrevit ; similia colore, „ eadem qualitate, paria quantitate „. Ejusdemmodi etiam est, quod V. RIEDLINUS (b) narrat de viro vix 30 annos nato, robusto, et sani habitus, qui a comellis in itinere, sæviente rigido frigore, farcimimbus, carne suilla, et acetariis in vomitus pituitosos et colicam cum alvo adstricta, ne enematibus quidem referenda, incidit : donec demum decocto prunorum cum foliis sennæ hausto (post alia quæque remedia vomitu exturbata) alvus bis terve mota acetarium plane non mu-

(a) In J. HOLLERII de morb. intern. Cap. 44. p. m. 473.

(b) Lin. med. ana. 4 Febr. I. p. 90.

tatum cum ceteris illis cibis nullam aliam mutationem, quam quæ in ore sub masticatione iis accidit, passis exturbavit. Verum hujusmodi casus non tam ad lienteriam quam ad solam potius aperiensiam (quæ duo inter se rite discernere oportet) sunt referendi; quandoquidem lienteria e diarrhœarum est profapia, quæ celeres alvi egestiones sua in notione involvit. Celeritas vero, qua ore ingesta per anum denuo exiguntur, subinde tanta est, ut fidem pene superet, et „ ut omnia, inquit PECHLI-
 „ NUS(a), quæ assumuntur, qualiacunque
 „ demum illa sint, ictu oculi citius ab
 „ alvo deturbentur, non potus non me-
 „ dicamentorum etiam fixorum solidorumque
 „ qualitate impetum hunc refrænante . . . In infante 2 annorum
 „ febre colliquativa et diarrhœa octidua
 „ prorsus exhausto notavi non potulenta tantum et liquida, sed
 „ ipsos quoque fœces figentes et gravitate
 „ sua motum peristalticum morantes
 „ intra secundam horæ secessisse absque
 „ ulla mutationis nota: id quod satis
 „ mirabile in illa intestinorum longitu-

(a) l. e.

„ dine et flexu nunc per altitudinem
 „ fere perpendicularem, planum nunc
 „ horizontale nunc inclinatum deducto.
 „ Terra catechu, corallia, magisterium
 „ unionum, ab alvo euntia non muta-
 „ ta specie satis ostendebant, de ni-
 „ hilo applicatam fuisse illam remedio-
 „ rum molem; pulsus ad hæc concita-
 „ tissimus comparatione alvi tam ce-
 „ leris et fluidæ, facies collapsa, in-
 „ geniumque supra ætatis et morbi con-
 „ ditionem se se efferens, mortem in
 „ propinquo esse significabant, nec fe-
 „ fellit eventus. Alias in sexagenario
 „ eadem febris colliquativa delirio co-
 „ mitata tam subitam et frequentem
 „ alvum excitabat, ut velut sagitta
 „ missa excrementa ante secederent,
 „ quam eorum aliquid fundum ventri-
 „ culi attigisse conjiceremus „. Perin-
 „ de pulvis ad epilepsiam datus Vratisla-
 „ viensium (a) puero lapsa vix hora alvo
 „ egestus fuit haud mutatus.

(a) Vide caus, proegum. No 4.

G E N E R A

Lienteriæ, præter vulgata illa proto-
vel deuteropathicæ, recentis item ac
diurnæ, &c. sequentia etiam locum
habent :

I. *Perfecta, imperfecta.* Posterior
est, dum assumpta aliquam exiguam
primis in viis mutationem subierant, ut
in AMATI (a) sene semicruda ingesta
egerente, et KNIGGII (b) juvene ci-
bos parum mutatos dejiciente. Prior
vero est, dum nulla, nisi quæ in ore
acidit, mutatione facta excernuntur
assumpta, ut in FABRI (c) consobri-
no, FORESTI (d) viro, pueris Vra-
tislaviensium (e), binis PECHLINI (f)
ægris ante memoratis, et RIEDLINE
viro (g) ac alutario (h). Ad imperfectam
etiam referri lienteria illa potest solius

(a) Vide cur. pharm. No 6.

(b) Ibidem No 4. b).

(c) Ibidem No 5. b).

(d) Ibidem No 6.

(e) Vide caus. proegum. No 4. præcat. No 4.

(f) Vide definitionem.

(g) Ibidem.

(h) Vide cur. pharm. No 5.

potulenti, quam W. GABELCHOVE-
RUS (a) observavit: „ Præfectus . . .
„ laborabat per aliquot dies dolore ven-
„ tris, ejusdemque murmure et rugi-
„ tu, lassitudine membrorum, siti ve-
„ hementi; quæ tamen bibebat, mox
„ per alvum excernebat. Urina fuit
„ biliosa cum multo sedimento excre-
„ mentoso. Cui consului, ut biberet
„ acidulas vel serum caprinum; cubi-
„ tum iturus accipiat nucis avellanæ
„ magnitudine de sequenti conserva:

R. Conf. acetosellæ ʒj

— beton. ʒij. M.

„ Umbilico cum lana succida imponat
„ sqq. olea:

R. Ol. chamom. ʒij

— aneth.

— verbas. aa ʒj. M.

„ Utatur galanga in jusculis „ Con-
„ valvit. „ Similem vidi, inquit SAUVA-
„ GES (b), in puerulo trimo, qui ex-
„ crementa liquida omnino summa cum
„ celeritate post assumptum jusculum
„ ejiciebat. Ex siti, calore, et senti-

(a) Curat. et obs. med. Cent. 2. cur. 47.

(b) Nosol, meth. c. 9. ord. 2. art. 18, No 2.

„ bilitate ventriculi inducebar ad præ-
 „ scribendas aquas acidulas Alesienfes,
 „ quibus fanatus est „.

2. *Continua, periodica.* Prior est,
 quæ non quidem continenter, sed post
 qualibet assumpta affligit, ut in BOEN-
 NEKENII (a) candidato juris, et
 KNIGGII (b) juvene, &c. Posterioris
 autem oppido rarum exemplum nar-
 rat D. FISCHERUS (c): „ puer 6
 „ annorum ἀνὰ καὶ νάρη omnia haud
 „ mutata rejiciebat, accedente atro-
 „ phia summa ac lapsu virium. In hoc
 „ illud singulare observabatur, quod
 „ ad singulos quadrantes lunæ morbus
 „ in pejus mutatus fuerit, ac post 2
 „ dies rursus remiserit, tandemque
 „ etiam in ipso plenilunio obierit. Hic
 „ morbus optima medicamenta elude-
 „ bat respuebatque „.

3. *Simplex, complicata*ve cum vo-
 mitu vel fluxu hepatico vel cœliaca
 passione vel diarrhœa serosa. Cum vo-
 mitu juncta fuit in paulo ante dicto
 FISCHERI (d) puero, cum serosa

(a) Vide cur. pharm. No 5. b).

(b) Vide curat. pharm. No 4. b).

(c) Misc. nat. cur. Cent. 9. obs. 53.

(d) Vide preced. num. 2.

diarrhœa in KNIGGII (a) juvene,
 et cum fluxu hepatico in TILLIN-
 GII (b) viro; cœliaci autem quid in
 WEIKARDI (c) monacho intercurris-
 se videtur.

CAUSAE.

I. REMOTAE.

A. PROEGUMENAE.

1. *Sexus* masculus præ sequiore
 procliviorne in lienteriam sit, nemo
 dum quæsit; in meo ægrorum syllabo
 ex omni eorum numero mares ad tri-
 cenos fuisse video, feminas quatuor
 haud amplius: nihil tamen inde præ-
 sentem in rem statutum velim.

2. *Ætas* juxta HIPPOCRA-
 TEM (d) virilis seu adulta in lienteriam
 præ qualibet alia est proclivior;
 quippe quam inter morbos adultioris
 ætatis ille retulerit. Interea tamen ne-
 que tenera ætas mali hujus est expers,

(a) Vide curat. pharm. No 4 b).

(b) Ibidem No 2.

(c) Ibidem No 5 a).

(d) Sect. 3. aphor. 30.

ut docent puellæ, quadrimestris HARTMANNI (a), septennisque VATERI (b), tum pueri duo Vratislaviensium (c), sexennis FISCHERI (d), trimulus HELIDAEI (e), sesquiennis AMATI (f), et infans PECHLINI (g).

3. *Villosa tunica ventriculi et intestinorum pessumdata.* C. VATERUS (b) in cadavere puellæ septennis, a prima infantia plurimis morbis, variolis, morbillis, tussi, asthmate, palpitatione cordis, febribus intermittentibus aliisque, et frequenti diarrhœa afflictæ, ac demum lienteria et marasmo extinctæ, præter numerosissima viscerum cum vitalium tum naturalium vitia, reperit ventriculum et intestina flaccida ac tenuissima, crusta villosa valvulisque dictis conniventibus prorsus destituta.

-
- (a) Vide caus. procat. No 1.
 (b) Vide seq No 3.
 (c) Vide caus. proegum. No 4. procat. No 4.
 (d) Vide genera No 2.
 (e) Vide (curat. pharm. No 2.
 (f) Vide curat. bhirurg. No 1.
 (g) Vide definit.
 (h) Misc. nat. cur. dec. 3. ann. 2. obs. 16.

4. *Nervorum affectiones proclivitate in spasmus peristalticum inducentes, quem deinde ingesta quæque excitant. Hujusmodi vero affectiones systematis nervosi sunt hysterica passio, ut in LENTILII (a) vetula, epilepsia, ut in Vratislaviensium (b) puero „ a quo „ ⚡ antispasmodicus cum specifico cephalico mixtus ad præcavendum epilepsiae, quam ante biduum passus fuerat, novum insultum datus vix elapsa hora secessit prorsus non mutatus „ &c.*

5. *Ulcera ventriculi, intestinorumve; eo quod locis ulceratis ab assumptis irritatis spasmus peristalticus facile enascatur, quo orto ingesta ocyus versus anum pelluntur. Duo hujus rei exempla vidit P. FORESTUS (c), in nauta unum, ab ulcere ventriculi lienterico, quod cum nullam admisisset curationem, ut pote ab initio neglectum, homo post multos demum menses obiit. „ At alterum (inquit), ad quem*

(a) Vide curat. pharm. No 5.

(b) Histor. morbor. Vratislav. A. 1702.
p. m. 324.

(c) Obs. et cur. medic. L. 22. obs. 30.

„ in principio statim eramus vacciti,
 „ hoc modo curavimus: post decoctum
 „ hordei communis et passul. cum
 „ melle rosato satis absterfo ulcere
 „ (quod cognovimus ex excrementis
 „ sine sanie exeuntibus) consuluimus,
 „ ut acciperet trochiscum unum de
 „ terra sigillata cum lacte vaccino ace-
 „ toso diltemperatum . . . Exterius
 „ applicari iussimus ceratum ad crepa-
 „ turam de pelle arietina et sanguine
 „ humano confectum; et optime ha-
 „ buit. Hoc enim modo **GUAINÉ-**
 „ **RIUS** curavit etiam lienteriam ab
 „ ulcere factam „.

6. *Aphthæ* primarum viarum cum
 crustosæ tum ulcerosæ; hæ enim peri-
 stalticum motum adaugent, illæ vero
 chylicationem ob impeditum humorum
 gastrici ac enterici in tubum alimenta-
 rem influxum reddunt impossibilem. Ita
L. DURETUS (a) „ virum nobilem
 „ curavit lienteria laborantem ab aph-
 „ this; dedit operam, ut sisteretur ca-
 „ tarrhus, et generatio prohiberetur:
 „ tandem decocto radicis cichorii cum
 „ tantillo absinthii curationem recepit,

(a) l. c. ad Cap. 42 p. m. 424.

„ ficcatis aphthis ejusmodi decocto.
 „ Dedit præterea hunc pulvisculum :
 „ R. Coriand. ppt. Fœnic. dul. aa ʒj.
 „ rasur. C.C. ebor. ꝯ margarit. electar.
 „ Corall. rub. Ros. rub. aa ʒj vel ʒss.
 „ Cinnam. gr. ij. Sacch. ros. ʒv. F.
 „ ꝯ tenuissimus. Detur ex cochleari „

7. *Tumores* primarum viarum vel
 mesenterii, cujusmodi casum H. LAU-
 B I O (a) videre contigit : „ langui-
 „ dus ex lienteria diuturna miles sub
 „ initium mensis Aprilis nosodochium
 „ petit; sed auctis usque et usque ab-
 „ dominis circa umbilicum torminibus
 „ et perseverante alvi fluxu, quam
 „ primum cibum vel potum assumeret,
 „ remediis quibuscunque incassum ad-
 „ hibitis summe emaciatus ineunte Ju-
 „ nio moritur. In hujus cadavere præ-
 „ ter pulmonis lobum dextrum vici-
 „ niæ adnatum et copioso sero turgi-
 „ dum, lienem marcidum, et vesicu-
 „ lam fellis inanem, notabilis reperi-
 „ batur abscessus steatomatosus, pugni
 „ virilis magnitudinem superans, du-
 „ rus, compactus, in parte postica
 „ mesenterii, ubi vertebris lumbaribus

(a) Act. nat. cur. Vol. 2. obs. 108.

„ annectitur, situs, vasa majora illius
 „ loci circumdans, induratione reliqua-
 „ rum mesenterii glandularum comi-
 „ tatus „.

B. PROCATARCTICAE.

I. *Ingesta* vel dyspepta vel fermentescentia, vel idiosyncrasiae adversa, quae sui in chylum conversioni, praesertim ubi succi gastricus et entericus justo sunt inertiores, magis resistunt, fibrasque tubi alimentaris ad citam sui expulsionem extimulant. Sic ab immoderato suillae carnis esu CAMERARII (a) amico, a prava item diætâ KNIGGII (b) juveni, et a multis racemis comestis FABRI (c) consobrino lienteria accidit. Idem etiam a pravo nutricum lacte infantibus lactentibus usuvenit, ut P. J. HARTMANNUS (d) quadrimestri cuidam puellulae cum spina bifida natae evenisse refert, quam lienteria a matris lacte nec probo nec copioso nata extinxerat. Perinde A. DEODATUS (e) meminit septen-

(a) Vide curat. pharm. No 4. b).

(b) Ibidem.

(c) Ibidem.

(d) Misc. nat. cur. dec. 2. ann. 5. obs. 69.

(e) Valetudinarii p. 28.

nis puellæ, quæ ex quo bibulæ nutri-
cis ubera fluxit, siti pene assidua vexa-
batur, ob eamque causam crebro pitif-
sans ita primas laxavit vias, ut liente-
riæ simile quid passa alvo semper esset
humidiore, ventreque flatibus disten-
tione, et facie subpallida.

2. *Colluvies prava vel inertia hu-
morum* primis in viis. Ubi enim in-
epti ad chylificationem humores præsto
sunt, illa nequaquam peragetur, inge-
staque non mutata alvus reddet (a),
seu hæc ineptitudo ab acrimonia seu
a stimulo deficiente salino pendeat. Ita
a biliosa colluvie prava lienteriam F O-
RESTI (b) vir est adeptus.

3. *Epidemica constitutio*, quæ præ-
sertim a biliosa colluvie proficitur vi-
detur; siquidem lienteriam HIPPO-
CRATES (c) inter autumnales referat
morbos, qui id temporis vel maxime
a saburra biliosa ortum trahunt, velut
per æstatem et autumnum in Thaso

(a) MORGAGNI de sedib. et caus. Epist. 31.
No 4.

(b) l. c. observ. 29.

(c) Sect. 3. aphor. 22.

evenit (a). Simillima etiam huic fuit constitutio 1702 mensibus Julio Augusto Septembrique Vratislaviæ (b): sub qua omnis generis alvi profluvia observabantur, et „ pauperes, qui frugibus etus fugaces crudos ingurgitabant, „ passim in lienteriam incidebant, „ (c). Non multum etiam dissimilis fuit ibidem (d) autumnalis alia constitutio A. 1700; enim vero „ alii hoc autumno corripiebantur lienteria, ac „ assumptos cibos nihil alteratos statim „ post prandium dejiciebant. Suble- „ vabantur hi egregie stomachicis, præ- „ primis ex mentha et absinthio paratis; nisi (quod aliquando eveniebat) cum ictero, hydrope, febribus tertianis lentis eadem complicaretur „.

4. *Alvi fluxus* diuturni, præsertim diarrhæe et dysenteriae, seu quod tubum demum intestinalem exulcerent (e), seu quod peristalticum motum ita adaugeant,

(a) Epidem. L. 1. Sect. 2. stat. 2. p. m. 943.

(b) Histor. morbor. Vratisl. A. 1702. p. m. 333.

(c) Ibidem p. m. 340.

(d) Ibidem p. m. 196. 201.

(e) Vide caus. proegum. No 5.

geant, ut ingesta quæque quantocyus
 versus anum pellantur. A nulla pro-
 fecto causa tam crebro, atque a diar-
 rhœis ac dysenteriis, lienteria oriri so-
 let, pessimeque ægrum tum præsertim
 mulctat, ubi exulcerata post longam
 dysenteriam intestina tandem cicatricem
 ducunt; nam tum osculis vasorum ex-
 halantium simul concretis nihil humo-
 rum in cavum intestinorum secernitur,
 deficienteque ita succo enterico chyli-
 ficatio redditur impossibilis. De hac
 lienterix causa ita GALENUS (a) :
 „ ex dysenteria oritur lienteria, quan-
 „ do ex magna ulceratione multæ ci-
 „ catrices intestinæ oboriuntur, pro-
 „ pter quas cibos non continent inte-
 „ stina: unde ex intestinorum lævitate
 „ vocata est lienteria,„. Rara tamen ad-
 modum est lienteria hæc ex causa;
 sed plerumque ab solo peristaltico mo-
 tu nimis accelerato diarrhœæ ac dysen-
 terix in lienteriam degenerare solent.
 HIPPOCRATES (b) quidem ab solis
 dysenteriis lienterias enasci notat, di-
 cens: „ ex alvi profluvio (diarrhœa)

(a) Introduct. C. 13.

(b) Sect. 7. aphor. 77 et 78.

„ intestinorum difficultas ; intestinorum
 „ difficultati (dysenteriae) laevitas in-
 „ testinorum succedit „ quasi diceret ,
 lenteriam haud prius e diarrhoea , quam
 ubi in dysenteriam abiit , enasci ; verum
 tamen e diarrhoea ipsa etiam lenteriam
 nacti sunt haud pauci . Ita Vratisla-
 vienses (a) „ puerulum quemdam (a-
 „ junt) , qui ex atrophia totus conta-
 „ buerat , ac pulchre paucis remediis
 „ . . . restitutus videbatur , praeter vo-
 „ tum . . . in aestum cum diarrhoea
 „ conjunctum post aliquot a recupera-
 „ ta sanitate septimanas incidentem tra-
 „ ctavit (non nemo) , qui absque omni
 „ convulsionum internarum signo assu-
 „ pta quævis et medicamenta per sedes
 „ eliminabat penitus non alterata „ .
 Perinde lenterici ex diarrhoea evase-
 rant infans PECHLINI (b) , aluta-
 rius RIEDLINI (c) , ac vir THOM-
 PSONI (d) , &c. Frequentius tamen
 a dysenteria ortum trahit , a qua illam

(a) Histor. morbor. Vratisl. A. 1702. p. m. 324. sq.

(b) Vide definit.

(c) Vide curat. pharm. No 5.

(d) Vide curat. diæter. No 2.

HEERII (a) canonicus, et Varfaviensis homo (b) contraxit.

5. *Febres* quoque lienteriam induxisse sunt observatæ, ut in PECHLINI (c) sene, et TILLINGII (d) viro, cui biliosa febris male curata fuerat, est observatum.

6. *Venus* immodica, in viris præsertim ob majorem feminis jacturam; cui refarciendo cum natura intenta humores continenter ad testiculos determinet, reliquæ secretiones inde minuantur, oportet: ergo minor humorum ad primas vias pro chylicatione fiet affluxus, nec nisi inertiorum. Unde languebit chylicatio; et cum nimia feminis profusio ataxiam quoque spirituum creet, facile accidet, ut inde motus peristalticus p. n. intendatur. Atque sic lienteria accidet, quam BOERNERI (e) etiam juvenis ex infami illa onania sibi acciverat.

(a) Vide curat. pharm. No 5. a).

(b) Vide curat. diatet. No 1.

(c) Vide definit.

(d) Vide curat. pharm. No 2.

(e) Ibidem No 5. a).

II. P R O X I M A.

Hæc nil aliud est, quam chylicatio i. e. ingestorum in naturam nostram mutatio aut maximopere aut profus impedita. Istud vero binis accidere modis potest, nimirum vel ob inertiam absentiamve potentiarum chylicantium, præsertim succorum gastrici et enterici, vel ob motum pristalticum ventriculi et intestinorum p. u. usque adeo acceleratum, ut potentiæ chylicantes ingestis per tubum alimentarem velocissime versus anum pulsus debito tempore applicari, ac proinde eadem sensibilibiter mutare nequeant. Utrumque breviter effatur J. B. MORGAGNIUS (a) „ neque enim . . . in hienterico profusio (inquiens) conficiuntur alimenta, siue inepti sint ad id, quibus confici deberent, fucci, siue accepta præpropere motu ejiciat ventriculus, siue laxus ipse, aut resolutio minusque constricto pyloro elabi siuat „ Postremum quidem periodi membrum haud satis Auctori arrise-

(a) l. e.

rat, quo C. AURELIANI (a) circa hanc ægritudinem opinionem attigit, scribentis „ pyloro paralyti vitiato ci-
 „ bus nulla digestionem mutatur, sed
 „ tanquam per infundibilum ad inferi-
 „ ora descendit, et circum ventrem
 „ laxior locus efficitur inferius inflatio-
 „ que; quæ per ventrem egeruntur,
 „ aspera atque plurima erunt, et ne-
 „ que fluida „. Verum pylori para-
 lysis a peptiam magis quam lienteriam
 creare potis est; siquidem inde citatæ
 alvi ratio nequaquam intelligatur. Por-
 ro pylori ampli et annulo destituti vi-
 si sunt, sine a peptia et lienteria, uti
 e converso istæ sine ulla p. n. pylori
 amplitudine et paralyti sunt observatæ.

S Y M P T O M A T A

Morbum hunc concomitantia pauca admodum sunt, nec alia fere, quam quæ ad a peptiam ac meteorismum pertinent, videlicet anorexia, sitis, abdominis ab aere inflatio, rugitus intestinorum, ructus, tormina, dyspnœa, ac similia, quemadmodum in ægris

(a) Morbor, chron, L. 2. C. 1. p. m. 346.

BOENNEKENII (a), FORESTI (b),
GABELCHOVERI (c), LAUBII (d),
LENTILII (e), ac TILLINGII (f)
videre est.

PROGNOSIS.

1. *Diuturna* est quandoque hæc affectio; ut quæ KNIGGII (g) juvenem 20 hebdomadis, semeltri fere FORESTI (b) rusticum, et integro prope anno BOENNEKENII (i) candidatum juris afflixerit. Potest tamen subinde cito exitium adferre. Hinc CELSUS (k) de hoc malo „ id interdum ægros tra- „ hit (ait), interdum præcipitat „.

2. *Effectus* vero lienterix, præsertim diuturnioris, sunt vel maxime

a) *Virium jactura*, ut in BOENNEKENII (l) candidato juris,

(a) Vide curat. pharm. No 5. b).

(b) Ibidem No 6.

(c) Vide genera No 1.

(d) Vide caus. proegum. No 7.

(e) Vide curat. pharm. No 5.

(f) Ibidem No 2.

(g) Vide curat. pharm. No 4. b)

(h) Vide seq. No 2. c).

(i) Vide curat. pharm. No 5. b).

(k) l. c.

(l) Vide curat. pharm. No 5. b).

FISCHERI (a) puero, FORESTI (b) rustico, LAUBII (c) milite, LENTILII (d) anu, et Varfaviensi ægro (e).

b) *Atrophia*, ob nutritionem a chylicatione impedita (f) deficientem, ui in BOERNERI (g) juvene, FISCHERI (h) puero, FORESTI (i) cognato, LAUBII (k) milite, et WEIßHARDI (l) monacho; quin hectica etiam cum febre conflictati sunt HEERII (m) Canonicus et KNIGGII (n) juvenis. Hinc et HIPPOCRATES (o) „ intestinorum (ait) lævitas cibos demittit minime putrefactos, liquidos, „ dolor non adest, corpus autem ex- „ tenuatur „. Et GALENUS (p) „ ex

(a) Vide genera No 2.

(b) Vide seq. No 2. c).

(c) Vide caus. proegum. No 7.

(d) Vide curat. pharm. No 5.

(e) Vide curat. diætet. No. 1.

(f) Vide caus. proxim.

(g) Vide curat. pharm. No 5. a).

(h) Vide genera No 2.

(i) Vide curat. pharm. No 4. a).

(k) Vide caus. proegum. No 7.

(l) Vide curat. pharm. No 5. a).

(m) Ibidem.

(n) Ibidem No 4 b).

(o) De affectionib. p. m. 522.

(p) De differ. febr. L. 1. C. 9.

„ lævitate etiam intestinorum (inquit)
 „ . . . cum scilicet vel ab initio statim
 „ vel progressu temporis febricula in-
 „ vaserit, tabidæ febres consequuntur „

c) *Tabes phthifica*; nam HIP-
 POCRATE (a) notante „ intestinorum
 „ lævitates cum spirandi difficultate et
 „ pectoris morfu ad tabem tendunt „ :
 id quod suo exitu P. FORESTI (b)
 rusticus comprobavit, qui prope septua-
 genarius et dives cum semestrem fere
 lienteriam ob avaritiam non nisi mul-
 ticularum remediis oppugnasset, sen-
 sim et vires amisit, et macie marasmo-
 de fere consumptus est. His ubi et
 dyspnœa et lateris punctura se se jun-
 xissent, e phthisi interivit.

3. *Ructus acidi* lienterix superve-
 nientes eam significant brevi desituram.
 Observatio hæc est HIPPOCRATIS (c)
 dicentis: „ in diuturnis intestinorum
 „ lævitatibus si ructus acidus, qui an-
 „ tea non exstitit, succedat, bonum
 „ est signum „ Notandum hac in sen-
 tentia est, ructum acidum esse oportet

(a) Concor. No 459.

(b) l. c. obs. 28.

(c) Sect. 6. aphor. 1.

tere, morbumque jam diuturnum, cujus per initia ructus hic non adluerit, sed multo inde post supervenerit; namque vir quadragenario major apud FORESTUM (a) acidus interdum ructus patiebatur sine levamine. Serius enim adveniens indicat ab increfcente jam antiperistaltico motu aerem sursum elidi, ac proinde motum peristalticum excedentem jam minui et ad naturalem reverti statum. Acor vero innuit, ingesta jam aliquatenus in ventriculo immutari (b).

4. *Letalis* plerumque lienteria est, quæ juxta CELSUM (c) sequentes habet characteres: „ si frequens dejectio „ est, si venter omnibus horis et cum „ sono et sine hoc profluit, si simili- „ ter noctu et interdiu, si quod ex- „ cernitur, aut crudum est, aut nigrum, „ et præter id etiam læve et mali odo- „ ris, si sitis urget, si post potionem „ urina non redditur (quod evenit, „ quia tunc liquor omnis non in vesi-

(a) Vide curat. pharm. No 6.

(b) Confer GALENUM et GORTERUM in aphor. cit.

(c) l. c. L. 2. C. 8.

„ cam sed in intestina descendit), si
 „ os exulceratur, si rubet facies, et
 „ quasi maculis quibusdam colorum
 „ omnium distinguitur, si venter est
 „ quasi fermentatus pinguis atque ru-
 „ gosus, si et cibi cupiditas non est.
 „ Inter quæ cum evidens mors sit,
 „ multo evidentior est, si jam in lon-
 „ ginquum quoque id vitium est, ma-
 „ xime etiam si in corpore senili est.,,
 Hæc vero cum ominosa sint, multo
 etiam magis perniciosa est lienteria,
 quæ unum aut plura e sequentibus ha-
 bet:

a) *Ortus* e dysenteria in lienosis, præsertim si cicatrices amplæ atque confertæ post ulcera dysenterica in tubo intestinali sunt relictæ. Etenim teste HIPPOCRATE (a) „ lienosi, qui
 „ difficultate intestinorum corripuntur,
 „ iis post longam succedentem intesti-
 „ norum difficultatem aqua inter cutem
 „ aut lævitas intestinorum accidit, et
 „ moriuntur „ J. GORTERUS non
 ubique in *COI* effatis interpretandis
 felix huncce aphorismum (b) infeliciter

(a) Sect. 6. aphor. 43.

(b) Medicinæ HIPPOCR. L. 6. aphor. 43
 No 3.

explanavit, dum credidit lienem hoc in casu magis intumescentem compressa cylierna lumbari viam chylo in sanguinem præcludere, illumque ita alvo expelli debere. At vero tunc cœliaca passio non lienteria sequi deberet, contra quam cœcus effatus est. Veri ergo est similis, in lienosis ab acrimonia humorum dysenteriam nasci, qua diu durante totus tubus alimentaris exulceratur, qui vel in letalem tandem gangrænam abit, vel confanatus unam quasi continuam cicatricem nanciscitur. „ Quamobrem, inquit GALENUS (a), „ talis est insanabilis lienteria; cicatrices namque non sanescunt,, (b).

b) *Pernicissima ingestorum expulsio*, ita ut ne medicamenta quidem moram in primis viis nanciscantur, quæ spasmodicum hunc motum peristalticum minuere deberent. J. N. PECHLINUS (c) tres id genus ægros curandos habuit; verum ad unum omnes interiere.

(a) *Introduct. l. c.*

(b) *Confer caus. procat. No 4.*

(c) *l. c.*

c) *Tympanites* superveniens.
„ Hoc equidem, inquit P. FORE-
„ STUS (a), evenit H. AMIO Consuli
„ Delphensi, qui in tympaniten inci-
„ dit, ex qua mortuus est „.

d) *Phtisis* pulmonalis, de qua
jam superius (b) dictum est.

CURATIO.

I. INDICATIONES:

1. *Causa morbi tollenda*
2. *Fluxus compescendus*
 - a) *Peristaltico motu ad natura-
lem reducto, et*
 - b) *Succis gastrico entericoque
correctis.*
3. *Effectus futuri prævertendi, præ-
sentes abolendi.*
4. *Recidiva præcavenda.*

(a) l. c. schol. ad obs. 28.

(b) Vide supra No 2 c).

II. INDICATA.

A. PHARMACEUTICA.

I. *Emetica* dandane? HIPPOCRATES (a) ea hyeme tantum dari vetuit: „ quibus (inquiens) alvi intestinorum „ lævitate infestantur, eos hyberno „ tempore per superiora medicamento „ purgare malum „. Nihil probi ad explicationem hujus aphorismi GALENUS (b) attulit; neque J. GORTERUS (c) eum feliciter attigit, contendens emetica lientericis nullatenus, præsertim vero hyeme, esse præbenda, quasi vero id ipsum COUS intellexerit. FORESTUS (d) contra lienterico e biliosa colluvie emeticum mox initio utiliter exhibuit. Si ergo colluvies pravorum succorum stomachum inundaverit, et ægri vires admittant, non est, quod ab emetico vereare; quin et utile forte etiam futurum est ad p. n. illum peristalticum motum infringendum, ut quem antiperistalticus ab emetico inductus optime minuere queat; modo hybernum non sit tempus.

(a) Sect. 4. aphor. 12.

(b) Comment. 4^o in hunc aphor.

(c) l. c. L. 4. aph. 12.

(d) l. c. obs. 29.

2. *Cathartica* quoque (etsi forte jam ex se vehementem peristalticum motum magis adhuc intendere cuiquam theoretice videri possent) non inutiliter initio lienteriae exhibentur, ad materialem morbi causam primis ex viis exturbandam; modo ea in illis cautio teneatur, ne drastica sint, neve magna dosi præbeantur. Optima omnium hic sunt, quae simul tonica virtute gaudent, ut rheum, aloe, myrobalani, &c. qualia suis ægris AMATUS (a), BOENNEKEN (b), FORESTUS (c), ac LENTILIUS (d), dederunt. Et apud Vratislavienses (e), medelam . . . lientericis rhabarbarum in iusta dosi bis exhibitum et stomachica tonum ventriculi restituentia attulerunt,,. Perinde HELIDAEUS (f) Paduanus puerum trimulum gravi lienteria affectum curavit dando ante cœnam rhei ꝑj cum succo cydoniorum aut vino. Aqua Carolina- rum thermarum, quod marte sit dives,

-
- (a) Vide curat. chirurg. No 1.
 (b) Vi se inferius No 3. b).
 (c) Ibidem No 6. et curat. chirurg. No 1.
 (d) Vide No 5. seq.
 (e) Hist. morbor. Vratisl. p. m. 341.
 (f) Observ. p. 126.

pariter hic est utilis. Apud J. C. TIL-
 LINGIUM (a) „ vir annorum 25 cor-
 „ ripitur febre biliosa, quam minus rite
 „ sanatam excipiunt dolor in sinistro
 „ hypochondrio vehemens, vomitus,
 „ urinæque ardor, et tandem inte-
 „ stinorum lævitas, sub qua venter e-
 „ mollitus sordidus et rugosus redditur,
 „ assumptaque difficilis concoctionis in-
 „ confecta exeunt per alvum, quæ in-
 „ terdum obstipata, luna decrescente
 „ tamen semper fluida, dejectioque
 „ modo mucosa et similis aquæ, qua
 „ nuper macerata animantis carnes ablu-
 „ ta sunt, subcruenta, et non raro
 „ fimi ovilli instar, multis tunc cum
 „ torsionibus et doloribus, interdum
 „ ascaridum et lumbricorum exit co-
 „ pia. Ad hæc cordis frequens palpi-
 „ tatio, asthma subitaneum, animi de-
 „ fectio, facies tristis quodam pallore
 „ aut virore scedatur. Jussi haurire
 „ absque laxante Carolinas, quæ quo-
 „ que copiose satis alvum post meri-
 „ diem mere aquosam movebant adeo,
 „ ut quantitas imminuenda esset, cum
 „ in primis stomachi imbecillitas con-
 „ coctioque difficilis ex alia causa sub-

(a) Obs. med. singular. 26.

„ effet. Interim alvi fluxio, quæ lientē-
 „ teria et hepatica dici potest, duabus
 „ hebdomadibus post usum theriacarum
 „ remittebat, excrementa magis na-
 „ turalia fiebant, corpusque reficieba-
 „ tur „

3. *Humectantia* ad acre obvolven-
 dum et nimiam fibrarum irritabilitatem
 pacandam, siccitatemque tubi intestina-
 lis, crispaturis vasorum tribuendam,
 emendandam non nunquam eximie pro-
 sunt. Talia sunt

a) *Fus pulli antilientericum* SE-
 GNERI, de quo inferius (a) agetur.

b) *Lac animale*, præsertim hu-
 manum (b).

c) *Aquæ medicatæ* nec catharti-
 cæ nec adstringentes, sed blandæ salinæ,
 ut est Selterana, Nucera, &c. Memo-
 ria dignum earum casum refert J. SINI-
 BALDUS (c) in hæc verba: „ lientēriæ
 „ castis mihi olim adhuc juveni occur-
 „ rit in . . . Aulæ Magnate sexagena-
 „ rio, qui vespere matutinum cibum
 „ parum aut nihil permutatum redde-
 „ bat.

(a) Vide infra No 5 d).

(b) R. SCHOMBERG aphor. pract. p. 108.

(c) Parv. meth. med. Part. 2. Annot.
 pract. 12. p. m. 113.

bat. Consueverat is ad stomachum
 vigorandum aut alios ob fines vinum
 rubrum meracum, et generosum ju-
 giter bibere, pineos nucleos, pista-
 cia, et aromatica condimenta come-
 dere: crudas postmodum dejectiones
 advertens, Medico inconsulto sto-
 macum roborare communi errore,
 profecutus est, aromatum, vini que
 dosim adaugendo, quibus nihil pro-
 ficiens, me tandem vocavit. Ego
 febricitantem inueniens sitientem,
 cum arida lingua, scabrosa cute, et
 fusco vultus rubore, mecum ipse per-
 pendi, hanc lienteriam ad nullam
 ex prædictis causis aut speciebus
 reduci posse; non quidem ad vaso-
 rum lacteorum obstructionem, nam de-
 jectio chylosa fuisset, non lienterica,
 non ad irritationem, quia dejectio-
 nes non usque ad vesperam tarda-
 vissent, sed paulo post prandium de-
 more comparuissent, nec GALENI
 sententia de stomachi languore, aut
 frigiditate locum habere poterat,
 contrarium enim ostendit sanatio.
 Cogitare itaque cœpi, ex humidi saliva-
 ris, et pancreatici penuria, coctionem
 illam celebrari non potuisse, quæ fit
 elixando, non assando, hinc cruda,

99 et semicontrita alimenta, præ inte-
 99 stinorum ariditate, nec in chylum
 99 converti, nec nisi tarde descendere
 99 poterant: hac idea aquæ Nucerae oe-
 99 nophorum unum, cum sale prunellæ
 99 præscripti, singulo mane sumendum:
 99 hoc intelligens quidam Medicafter
 99 ægroti subditus, qui licet me senior,
 99 non erat dominis in æstimatione, nec
 99 ultra muros anticameræ gressum ha-
 99 bebat, ubique strepere coepit, et
 99 clamare apud consanguineos, nobi-
 99 lem ægrotum phantastica juvenis
 99 curatione pessum ire; qui stomacum
 99 senis effoetum, et calore destitutum,
 99 tot aquis obruere non verebatur,
 99 hinc moti consanguinei uxorem sva-
 99 ferunt, consultationem intimare, cui
 99 mihi cuncta narranti respondi prom-
 99 tum me esse, illique præmissi risuram
 99 esse, si consultationi interveniret. Fa-
 99 cta fuit consultatio cum interventu
 99 trium medicorum ex primariis, om-
 99 niumque fere consanguineorum,
 99 nec non illius medicastræ, qui retro
 99 consultantium sedes sui zeli fructus
 99 anxius expectabat, tunc ego, meo
 99 sistemate evidenter probato, conclusi,
 99 unum aquæ oenophorum paucum es-
 99 se, duos in posterum propinandos

„ existimans, et duos singulo mane un-
 „ animiter decreverunt, non sine ma-
 „ gna illius confusione, qui postmodum
 „ in aulicorum derisiones incurrit; tunc
 „ præsertim, cum aquæ virtute Do-
 „ minum integræ sanitati restitutum vi-
 „ derunt „.

4. *Stomachica* porro duplici hic sco-
 po indicata sunt, nempe ad inertiam
 succorum gastrici ac enterici corrigen-
 dam ac tonum fibrarum reparandum ir-
 ritabilitatemque illarum temperandam.
 Cujusmodi est

a) *Moschata nux.* P. FORE-
 STUS (a) „ memini (ait) T. FORE-
 „ STUM adeo macilentum, ut similem
 „ nunquam viderim, cognatum meum
 „ . . . ex lienteria ad desperationem
 „ decumbentem; quem tamen præter
 „ omnium adstantium opinionem, cum
 „ multa remedia ante adhibita non ju-
 „ varent, sic . . . in pristinam sanita-
 „ tem restitui: vitellum ovi ℥ unius
 „ nucis muscatæ insperso supra tegu-
 „ lam ignitam assatum exhibui; quo
 „ fluxus restitit, ac probe curatus re-
 „ cte deinde valuit: quemadmodum et

(a) l. c. obs. 28.

„ ille cerevisiarius, qui in tribus cam-
 „ panulis Delphis habitabat,,.

b) *Mentha* nervis primarum
 viarum nunquam non amica et propitia,
 cujus virtutem Vratislavienses (a) lien-
 terici sunt experti, et J. CAMEBARIUS
 apud J. SCHENCKIUM (b) „ quidam
 „ (ait) hic amicus meus, homo in-
 „ geniosus, constitutione corporis gra-
 „ cili, ac ventriculo debili, ex intem-
 „ perantia nimirum ac potissimum ma-
 „ gna ingurgitatione carnis porcinae in-
 „ cidit in vehementissimam ἀνατροπήν
 „ ventriculi et lienteriam admodum
 „ molestam : 4^o die vocatus exhibui
 „ illi oleum menthae stillatitium ad ali-
 „ quot guttas cum succo cydoniorum
 „ et pauca aqua cinnamomi ; ventri-
 „ vero apponi curavi cataplasma ex
 „ fermento, mastiche, mentha, cum
 „ aceto rosaceo et vino generoso sub-
 „ actum, ac inunctio addita ex oleo
 „ menthae mastich. et absinth. Quibus
 „ rite factis postridie non sine admira-
 „ tione meliuscule se habuit, et . . .
 „ post paucos dies plane convaluit,,.

(a) Vide caus. procat. No 3.

(b) Obs. med. L. 3. S. 1. obs. 106. (C)

Sed magis notatu digna est observatio,
 quam T. KNIGGE (a) refert: „ juvenis
 „ 27 annorum, habitus corporis ficci-
 „ oris et debilioris, summe choleri-
 „ cus, a pueritia pravæ diætæ afvetus,
 „ primo digestionis vitia sensit, et tandem
 „ diætâ non mutata in veram incidit
 „ lenteriam. Nihilo minus vitæ ratio-
 „ nem non mutavit, neque ulla malo
 „ opposuit remedia, nisi quod brevi,
 „ antequam curæ meæ se traderet,
 „ evacuante uteretur. Sic corpus
 „ magis magisque decrefcebat, statim
 „ hora $\frac{1}{2}$ post prandium et cœnam
 „ cibi parum mutati excernebantur,
 „ et insuper quotidie frequentes aquo-
 „ sæ dejectiones sequebantur, de-
 „ bilitas in dies augebatur, et sæ-
 „ pius profusi ægrum infestabant sudo-
 „ res nocturni. Interim appetitus vi-
 „ gebat. Sic deprehendi ægrotum vo-
 „ catus, postquam per 20 septimanas
 „ morbus jam duraverat. Præter me-
 „ morata symptomata pulsus observa-
 „ vi jam ad hecticum inclinantem, tuf-
 „ siculam, sensum molestum in pecto-

(a) Comment. med. de mentha piperitide
 §. 22. 4^o Erlangæ 1780.

„ re , et respirationem naturali iusto
 „ difficiliorem. A sola laxitate inte-
 „ stinorum derivans totum morbum sta-
 „ tim cum mentha piperitide pericu-
 „ lum facere constitui. Ante omnia
 „ vero accuratissimam diætam exegi ,
 „ malam ægri consuetudinem , qua ci-
 „ bos fere non masticatos deglutire so-
 „ lebat , dissuasi serio , simulque quoti-
 „ die 3 doses ʒ ris menthæ piperitidis,
 „ quarum singula continebat ʒj herbæ
 „ et 8 grana ejus elæosacchari , assu-
 „ mendas curavi. Post aliquot dies
 „ diarrhœa minuebatur , cibi , si dige-
 „ stu faciles eligeret æger , non ampli-
 „ us indigesti excernebantur. Atta-
 „ men cum a cerevisia non abstineret,
 „ bis vomitu vexatur versus vesperam
 „ 3ⁱⁱ diei , nox insomnis est , caput do-
 „ let , et copiosus , dum dormit , erum-
 „ pit sudor. Iterum igitur meliorem
 „ diætam injunxi , et medicamentum
 „ continuare jussi tam bono cum ef-
 „ fectu , ut postquam aliquoties adhuc
 „ ob commissa diætæ vitia cibi indige-
 „ sti excreti fuerant , tandem elapsis
 „ 6 septimanis cibi non amplius tales
 „ redderentur , diarrhœa valde minue-
 „ retur , et interdum per aliquot dies
 „ plane remitteret , sudores nocturni

„ penitus cessarent, appetitus naturalis
 „ vigeret, vires paulo meliores redi-
 „ rent, et pulsus magis ad sanum ac-
 „ cederet. Interim diarrhœa (ut jam
 „ dictum est) multum quidem remisit,
 „ nunquam tamen plane cessavit, sed
 „ quotidie bis ter aut quater dejectio-
 „ nibus aquosis infestabat ægrotum, et-
 „ si mentha modo in \mathfrak{z} modo in ele-
 „ ctuario continuaretur. Quapropter
 „ cum impatientia ægri ulteriorem ejus
 „ usum non permetteret, ut exinde
 „ apparuisset, an non a protracto usu
 „ tandem et hæc pertinax diarrhœa
 „ superaretur, ad corticem Peruvianum
 „ confugi, et propter tussim et difficili-
 „ orem respirationem lichenem Islan-
 „ dicum dedi. Cum vero hunc æger
 „ ferre non posset, solus cortex ad-
 „ hibebatur largis dosibus. Sed et
 „ hic diarrhœam plane vincere non
 „ potuit, quamvis ea minueretur.
 „ Hanc ob causam cum ligno Campe-
 „ chiano periculum feci, et præscripsi
 „ decoctum primo quidem lenius, nem-
 „ pe ex \mathfrak{z} ligni et \mathfrak{z} vj aquæ paratum,
 „ cujus singulo bihorio cochl. ij ex-
 „ hibui, postea vero bono successu ex-
 „ citatus saturatum ex \mathfrak{z} j hæmatoxyli
 „ et aquæ \mathfrak{z} vj-dosi modo nominata.

„ Hoc medicamento denique effectum
 „ est, ut intra 24 horas excrementa
 „ consistentiæ naturalis semel depone-
 „ rentur, vires in dies magis magisque
 „ increscerent, et æger præter tussim
 „ et asthma lenius, cui utrique lichen
 „ Islandicus, quem nunc melius fert,
 „ et continuatus roborantium usus op-
 „ ponuntur, nulla incommoda sentiat.,

5. *Adstringentia* denique, ubi ha-
 ctenus dicta remedia fuere debite præ-
 missa, ad ulteriorem stomachi et inte-
 stinorum tonum restaurandum exhibere
 oportet; initio vero, ubi aut saburra
 aut colluvies aut alia causa primis in
 viis adhuc præsto est, minus tuto præ-
 bentur, nisi forte cum vacuantibus con-
 juncta, aut ubi causa materialis ablata
 jam est, vel nulla adfuit. Utibissime
 vero cum stomachicis simul exhiben-
 tur. Exemplo serviet casus R. LEN-
 TILYI (a): „ mulier 62 annorum, pluri-
 „ um liberorum mater, a multis jam annis
 „ hystericis affectibus obnoxia, nunc
 „ diu dyspnoica, fluxum alvi patitur,
 „ assumptis fere nihil mutatis, indo-
 „ lentem ab aliquot septimanis: delaf-

(a) Jatromnem. theor. pract. P. 1. C. 67.
 P. 312.

99 satur, nil appetit, contabescit. Scri-
99 ptus pro una dosi ex jure pulvis:

R. Rhabarb. elect.

Crem. \square ri aa $\mathfrak{z}\mathfrak{ss}$. M. F. \mathfrak{z} .

99 Postea hora una ante pastum, adeo-
99 que bis in die, \mathfrak{z} ij de \mathfrak{z} e jam scri-
99 bendo deglutiat vel solo vel cum
99 quovis vehiculo:

R. Croci \mathfrak{z} adstr. $\mathfrak{z}\mathfrak{ss}$

Unicorn. fossil.

Corall. r. ppt.

C. C. ust. ppt.

Antihect. P O T E R. aa \mathfrak{z} j

Terræ catech. $\mathfrak{z}\mathfrak{j}\mathfrak{ss}$

Castor. opt. \mathfrak{z} j

Carn. cydon. \mathfrak{z} sat. \mathfrak{z} ij

Olei nuc. mosch. expr. gtt. xij.

— still. caryoph.

— — menth. aa gtt. iij

Rotul. berber. \mathfrak{z} j. M. F. \mathfrak{z} .

99 Paretur sacculus stomachicus ex cha-
99 mom. menth. absinth. bacc. junip. et
99 sem. carv. et plantagine recenti me-
99 dicata juscula quotidie per aliquod
99 tempus sorbeantur. Pulverem supra
99 dictum postquam ea dosi, quæ fuit
99 præscripta, penitus absolvit, adhuc
99 semel fieri curet, sed in die tantum
99 semel assumat. Noctu parum come-
99 dat. Ita sibi belle restituta fuit. Pro

„ be animadvertendum, ut in hoc mor-
 „ bo non tantum bis ter vel quater in
 „ die, sed vere singulis horis medi-
 „ camenta præbeantur „. Perinde
 V. RIEDLINI (a) alutario seni ex diu-
 turna diarrhœa lienterico facto, cibos
 mox a pastu omnino crudos, et velut
 assumpserat, inalteratos alvo egerenti se-
 quentia profuere:

℞ Rad. tormentill.

— bistort. aa ʒss

— helen. ʒj. M. incisa, nodu-
 loque illigata in vini ℥vj suspendantur.

℞. Vin. cydonior. ʒiij

Aqv. cinnam. ʒjss. M. Sign. ∇
 stomach.

℞. Ol. still. menth. ʒjss. S. gtt. viij
 cum aqua præcedenti. Foris apposita
 crusta panis, aceto et ʒe nucis moscha-
 tæ conspersa. Similia quoque THOM-
 PSON (b) viro lienterico consuluit,
 Ceteris tamen hic palmam præripiunt.

a) *Martialia*, præ primis vero
 aquæ ʒe divites, ut est Spadana, Brü-
 ckenaviensis, &c. Nam non abs re
 monet T. THOMPSON (c), utilius lien-

(a) Obs. med. Cent. 3. obs. 18.

(b) Vide curat. dietet. No 2.

(c) Samml. auserl. Abhandl. zum Gebrauche
 pract. Aerzte 3 B. 1 St. p. 109.

tericis remedia præberi liquida quam solida, quod et facilius resorbeantur, et vires suas affectis partibus impertiant. Porro aquæ foteriæ martiales plerumque simul sunt blande catharticæ, quod hic perquam est proficuum. Ita H. AB HEER (a) de Spadani fontis aquis, inter alios (narrat)... Canonicus Sylvæducentis post dysenteriam etiam lientericus totum jam triennium his aquis superiori anno me suadente potis sanus ad suos rediit, liber a febre, qua fere marasmode jam detinebatur. Perinde M. A. WEIKARDI (b) monacho in hypochondrio primum dextro, aliquanto vero inde post in sinistro etiam tumore oborto totus pariter venter intumuit. Cum ascites esse crederetur, data interna remedia, totusque venter lata fascia arctatus est; at sine ullo levamine. Patrium ergo in aerem concedenti post copiosum qua rubrum qua nigrum sanguinem alvo excretum subsidit abdomen et lævum hypochondrium. Abhinc vero alvus continuo fluxit, et cum fecibus omnis expertibus odoris

(a) Spadacren. C. 8. p. m. 65.

(b) Vermischt, medic. Schriften 3 St. p. 295.

egerebatur materia alba, pus referens, ac sæpe cibi quoque non digesti. Æger emaciabatur, dextroque in latere nullatenus cubare poterat. Hoc in statu cœpit fonte Brückenaviensi in et externe uti, cujus post primum balneum, licet in eodem roseus ac pugnum magnus hypochondrii dextri tumor vehementer doluerit, jam dextro lateri noctu incumbere quivit. Post aliquot inde dies durum olidissimumque corpus alvo prodiit, moxque subsidentibus hypochondriis appetentia increverat; excrementa etiam non dum 14 diebus curationis elapsis nativum nacta sunt fœtorem et consistentiam, atque æger fontem sanissimus reliquit. Denique et C. F. BOERNERUS (a) meminit juvenis ad vicanos nati annos, qui ab onania in continuam lienteriam cum solidorum flacciditate, postmodo vero in subitam quoque melancholiam, cum insigni corporis macie ac vehementi scroti pressione atque inflatione delapsus, post varia efficacia remedia vel in cassum vel exiguo cum fructu tentata demum a potu aquæ Pyrmontanæ balneoque Lauchsta-

(a) Von der Onanie 2. Th. 12. Cap. p. 225

diensi prorsus convaluit. Hujus quoque loci sunt corallia rubra, et

b) *Syrupus corallorum*; siquidem industria hodiernæ chymix innotuerit, martem in iisdem contineri. P. J. FABER (a) „ consobrinus (ait) meus . . .
 „ ex racemis comestis in maxima quan-
 „ titate incidit . . . in alvi fluxum vio-
 „ lentissimum; ex quo cibos omnes in-
 „ digestos et crudos, intactos a calore
 „ ventriculi, eiciebat maxima cum pu-
 „ tredine. Purgavimus primis ipsis die-
 „ bus 3^{io} nostro; et syrupo dein co-
 „ rallorum aqua cinnamomi admixta
 „ usus est per 8 dies sero et mane su-
 „ mendo, et sic curatus est perfecte „

c) *Simarubæ cortex*, quo gravissimam lienteriam J. W. F. BOENNEREN (b) ab se curatam narrat. Nempe A. 1755 mense Octobr. candidatus juris, gracilis, cholericus, 23^o ætatis anno continuo vexari cœpit alvi fluxu, brevi post prandium ac cœnam inchoante, totamque fere noctem affligente, cum vehementi abdominis dolore spastico, et ciborum non digestorum expulsionem.

(a) Insign. curat. 65.

(b) Nov. act. nat. cur. T. 2. Obs. 22.

Unde adeo enervabatur, ut post varia toto fere anno necquicquam adhibita remedia vix jam vel incederet erectus vel pedibus insisteret, hecticoque esset similis. Data ergo mane jejuno stomacho rhei opt. gr. xxv. cum jure calido ubi blande aliquoties alvum subduxissent, postero vespere dari coeptum e cort. Simarubæ ℥ij decoctum 3^a quaque hora ad vasculum theatum hauriendum: quo per 3 vel 4 dies æger usus ab annua hac lienteria plane convaluit, recuperata appetentia, colore florido, totiusque corporis vigore.

d) *Fus pulli antilientericum* M. SEGUERI (a) dicendum superest, quod ipse velut specificum ad lienteriam commendat, longo ac multiplici usu sibi probatissimum. Confectio ejus hunc in modum peragitur: „ pullum eviscera,
 „ ejusque ventri immitte rosar. ficcar.
 „ ℥j, vel ficcarum et balaustrarum aa
 „ ℥β, mediæ rosarum parti insperge
 „ ♂is infra notandi pro adulto ℥iij, ij
 „ pro puero grandiori, infante, vel
 „ minoris ætatis etiam. Consuatur sur-

(a) Act. nat. cur. Vol. 6. append. No 4. p. 92.
 §. I.

„ sum et deorsum pullus, ne inter co-
 „ quendum rosæ elabantur, coque pul-
 „ lum in scutellis xij aquæ ad consum-
 „ ptionem duarum, vel in scutellis xv
 „ ad eandem consumptionem, pro ad-
 „ ulto in xvij ad xvj usque scutellas,
 „ quæ contineant aquæ ℥x singulæ, et
 „ conserva jusculum calidum sine ebul-
 „ litione ulteriori, immittendo ollam
 „ in aquam calidam igni admotam. De
 „ hoc jusculo (a) capiat æger scutellam
 „ unam quamprimum, singulis binis
 „ horis repetendam, præmissa inunctio-
 „ ne ad os ventriculi cum ungv. Co-
 „ mitissæ vel bals. catholico, alioue
 „ roborante, superimposito cataplasma-
 „ te ex mica panis facto cum vino,
 „ in quo decocta sunt absinthium, men-
 „ tha, rosæ siccæ et balauftia, eaque
 „ repetantur singulis binis horis, et
 „ jusculum exhibeatur. Si dormiat pa-
 „ tiens, a somno excitetur, et juscu-
 „ lum inunctio et cataplasma repetan-
 „ tur, idque continuetur, donec ab-
 „ sumpta sit tota jusculi quantitas. nul-
 „ lo alio interposito jusculo gallinæ;
 „ quod si lientericus debilis admodum

(a) Ibidem §. 2. p. 93.

„ fit propter prægressam nimiam eva-
 „ cuationem, convenit, ut in coch-
 „ learibus ij hujus jusculi confectionis
 „ alkermes completæ vel incomple-
 „ tæ (prout necessitas urgeat) ʒss pro-
 „ pinetur, admotis etiam exterioribus
 „ roborantibus naribus, ut in his ca-
 „ sibus fieri solet. Quod si assumpta
 „ tota decocti quantitate lienteria per-
 „ sistat, repetatur iterum, necessum est,
 „ eodem ordine proposito. Nec mi-
 „ rum videatur, quod æger a somno
 „ excitetur singulis binis horis pro de-
 „ cocto capiendo; nam somnus frequen-
 „ tissime decoctum insequens non a
 „ remedio narcotico et opiato ad-
 „ mixto provenit, sed a . . . jusculi
 „ bonitate: unde spes conciliandi ite-
 „ rum somnum novo jusculo provocat
 „ et movet, ut æger a somno exci-
 „ tetur novo jusculo iterum concilian-
 „ do . . . Hac methodo non tantum
 „ fera illa sitis, qua lienterici torquen-
 „ tur, sine alius potus solamine miti-
 „ gatur, sed subsequenter una et al-
 „ tera alvi egestione lienteria cessat,
 „ ægerque frequentissime convalescit.
 „ Absoluto hujus jusculi usu semel aut
 „ bis, prout opus fuerit, jusculum pri-
 „ mum gallinæ capiat . . . Puellum 10
 „ mensium

„ mensium febre et lienteria laboran-
 „ tem, lac sine ulla mutatione tandem
 „ per alvum excernentem, siti maxima
 „ adeo urgente, ut vix mater femina ro-
 „ busta beneque alita lactationi suffice-
 „ ret, methodo usitata ex roborantibus,
 „ absorbentibus, nitrosis, juxta H A R-
 „ R I S I I methodum... nihil præstare po-
 „ tui; sed puellum fere funeri destina-
 „ tum jam decocto pulli singulis binis
 „ horis laudata methodo propinato,
 „ quamquam lac sugeret, liberavi, (a).
 Pulveris autem mediæ rosarum parti in-
 spargendi confectio ita se habet (b):

R. Baccar. myrt. ℥ij

Rosar. ℥j. Ferveant semel in

Succ. acetosæ ℥xvj. Admisce his

Nucum cupressi optime tritar.

℥iij. Coq. modice et

colentur. Dein pul-

verisa super illud

Fol. rosar. ℥j

Santal. citr. ℥x

Gumm. arab. ℥jss

Carnis sumach

Spodii aa ℥j

(a) Ibidem § 5. p. 95.

(b) Act. nat. cur. Vol. 7. append. No 9 p. 213.

Succi agrestæ
 Succ. granor. myrti tritor. tritu
 ultimo ʒjv

Ligni aloes
 Caryophyll.
 Nuc. mosch.

Macis aa ʒjv. Mistra simul exten-
 dantur in scutella vitreata, quousque
 sole ficcata fuerint. Postea minutissime
 tritis adde ʒ rosar. q. s. et cum ∇^a rosar.
 fiant trochisci.

6. *Paregorica* demum ad p. n. il-
 lum motum peristalticum sopiendum vel
 maxime sunt proficua. Solent vero
 cum stomachicis vel adstringentibus præ-
 beri, ut uno eodemque remedio plu-
 ribus simul indicationibus satis fiat. At-
 que hunc in finem non immerito the-
 riacam, ex opio et nervinis stomachi-
 cis roborantibus &c. conflata, GALE-
 NUS (a) commendavit, et „ egregie
 „ etiam profuit ipsa theriaca in vino
 „ dissoluta „ lientericis Vratislaviensi-
 um (b), cui, quo efficacius ad lienteri-
 am efficeretur remedium, alii adstrin-

(a) De theriaca ad PISONEM C. 15.

(b) Histor. Vratisl. Morbor. A. 1702, p. m.
 341.

gentia (mivam præfertim cydoniorum)
 addidere. Sic apud AMATUM (a)
 fenex quidam „ cum per plures dies
 „ semicrudum cibum per secessum emit-
 „ teret, et multa illum præsidia tenta-
 „ ta non juvissent, hoc electuario ul-
 „ timo refectus fuit, et sanitatem ob-
 „ tinuit:

B. Sacch. rosati Neapolit. antiqui
 ℥vj

Theriaces optimæ ℥vj, cum
 Miva cydonior. completa q. s.
 „ M. F. conditum, cujus semiunciam
 „ singulis auroris jejuno stomacho ca-
 „ piat, et nihil desuper bibat,, Eo-
 dem prorsus electuario P. FORESTUS (b)
 lientericum quemdam percuravit Me-
 minit (c) quoque viri 40 annis majoris,
 qui sine febre ardore ac siti cibum in-
 coctum, minimeque alteratum, et li-
 quidum cum phlegmate illico per alvum
 reddebat, subindeque ructus acidos ex-
 periebatur. Vetitis viscidis humidis-
 que alimentis jubebatur parum ac læ-

(a) Curat. medic. Cent. 2, cur. 56.

(b) l. c. observ. 25.

(c) Ibidem observ. 27.

pe comedere, nec nisi unicum eupeptum cibum, at exiguum, capere, præsertim ex altilibus teneræ carnis cum mentha vel aromate levibusve adstringentibus, potui concessio vino modico vetusto generoso aqua diluto. E remediis vero primum exhibitum digerens:

℞. Syr. absinth.

— menth.

Oxym. simpl. aa ʒj

∇æ fæniculi

— absinth. aa ʒiij. M. pro 2

dosis. Quo bis iterato, datæ porro pilulæ:

℞. M. P. alephang.

— mastich. aa ʒʒ. M. F. pil.

No 5. Diei alterius diluculo data theriacæ vetust. ʒj. Tum adstringendi scopo datus syr. menth. et absinth. cum ʒe cinnam. vel calami odorati. Theriaca cum cyatho vini rubri egregie profuit. Ventriculus sequenti litu delibutus est:

℞. Olei mastichini

— absinth. aa ʒʒ

Menthæ siccæ

Caryophyllor.

Nuc. cupress.

Mastich.

Acaciæ aa ʒʒ

Maceris ʒʒ

Ceræ parum. M. F. unguentum.

Loco illito sequens ceratum impositum:

℞. Mastichis ʒʒ

Ladani ʒ ij

Menthæ

Caryophyll.

Nuc. cupress. aa ʒʒ

Acaciæ ʒjʒ

Calam. arom.

Corall. rubr.

Galangæ aa ʒj

Ol. menth. et

Ceræ et

Résinæ q. s. F. ceratum.

His remediis æger brevi convaluit.

Perinde D. SENNERTUS (a) velut expertum commendat sequens electuarium :

℞. Conserv. rosar. probe vitriolat.
vel

——— menthæ ʒ iij

Diascord. FRACASTOR. vel

Theriacæ opt. ʒ ij

Ol. still. cinnam. gtt. iij. jv

— — menthæ gtt. vj

(a) Prax. med. L. 3. P. 2. S. 2. C. 5.

Mivæ cydon. aromatizatæ vel
 Succî cydonior. q. s. F. Electu-
 arium, cui etiam addi potest Terra si-
 gillata vel alia similis a ℥ij ad ℥j. Su-
 mat æger sæpius magnitudine juglandis
 vel castanæ, donec lienteria cesset.

B. C H I R U R G I C A.

I. *Scutum stomachicum* nervinum
 roborans antispasmodicum forma cata-
 plasmatîs, fomenti, emplastri, &c. re-
 gioni stomachi, præsertim si locus prius
 simillinis remediis ante probe fuerit il-
 litus, applicatum egregie sæpe prodest,
 ac tum vel maxime, ubi ob concitatis-
 simum motum peristalticum remedia
 etiam quæque ocys e ventriculo in
 intestina expelluntur, viresque suas in
 partes has affectas ob moram omnem
 ibidem negatam exserere nequeunt,
 est necessarium, uti et in infantibus
 interna respuentibus remedia. Ita A M A-
 T U S (a) lactentis pueri 20 mensium
 meminit, qui ob pravum nutricis regi-
 men lienteriam patiebatur. Purgata
 rite nutrice, iustoque imperato regimi-

(a) l. c. Cent. 6. cur. 7.

ne, puero oxymel primum cochleatim per intervalla datum, postmodo vero oxymelitis paululum ex diluto rhabarbari et agarici, pulvisculo hieræ picræ adjecto, propinatum, quo ubi puer probe purgatus est, postridie regioni stomachi ceratum roborans applicatum lienteriam ex toto sustulit. Perinde P. FORESTI (a) viro scorbutico longa lienteria affecto post idoneum catharticum (b), tum stomachi litum, et lienis fotum, interneque exhibita cum antiscorbuticis roborantia ac adstringentia, nec non antiscorbuticum collutorium cum Æ dentifricio, cum scorbuti symptomata abiissent, ac lienteria quoque minui cœpisset, istam sequens dein ventriculo admotum ceratum præter opinionem sustulit:

℞. Absinth. Romani

Menthæ

Cort. granat.

Baccar. myrti aa M. ℞. Coqv. in

∇^a et aceto rosaceis, et

Vino rubro stiptico ad ℞j℞.

Colat. adde

(a) l. c. obs. 25.

(b) Confer cur. pharm, No 2.

Succi cotoneor. ℥ij
Mastichis
Thuris
Acaciæ
Santal. rub. aa ʒjß pulverifa-
tis F. fofus pro ftomacho quotidie ante
pafum. Et

℞. Olei mastichini
—— abfinthii
—— cotoneor. aa ℥j
—— menth. ℥ß

Calami aromat.

Caryophyllor.

Thuris aa ℥j

Aloes ʒij

Rof. rubr.

Corall. rubr. aa ʒß

Mastichis

Cumin. pulv. aa ℥j

Hypocyftid.

Acaciæ

Sumach pulv. aa ʒjß

Galliæ mufcatæ ʒj, cum

Cera, refina, terebinth. q. f. F.
ceratum. Similia quoque in hiftoriis
CAMERARII, (a) LENTILII (b),
ac RIEDLINI (c) videre eft.

(a) Vide eur. pharm. No 4. b).

(b) Ibidem No 5.

(c) Ibidem.

2. *Balnea* roborantia, præsertim *Ælia*, rite usurpata, ut in BOERNERI (a) juvene, perinde multum in *lenteria* curanda possunt.

3. *Fricciones* quoque universi abdominis non sine eximia utilitate, ad tonum stomachi et intestinorum reparandum, adhibentur; quas CELSUS (b) hic necessarias esse monet.

4. *Enemata* iisdem remediis, quæ interne præbentur, consent oportet; ut ut illis haud multum usos videam observatores.

C. D I A E T E T I C A.

1. *Alimenta* et parcissima et medicatæ indolis sunt. Parca esse oportet, ne p. n. vigentem peristalticum motum, eum crebrius validiusque resuscitando contra remediorum vim foveant et contumacem reddant, ut post AVICENNAM inculcant et D. SENNERTUS (c) et P. SORBAIT (d), et alii. Medi-

(a) Ibidem a).

(b) l. c.

(c) l. c.

(d) Med. pract. Tr. I. C. 50. p. 358.

eatz vero indolis erunt, si sint eupepta,
 roborantia, adstringentia, et nullatenus
 nauseosa. Unde jubente CELSO (a)
 æger „ cibos potionesque assumat,
 „ quæ alvum adstringunt „. Quantum
 autem eupepta sola diætâ ad lienteriam
 valeat profigendam, documento est
 sequens historia (b): „ advectus fuit
 „ homo toto corpore leucophlegmati-
 „ cus et infimul lientericus, viribus
 „ valde prostratis. Examèn docuit,
 „ e miserimo vitæ genere dysenteri-
 „ cum, inde lientericum, tandem hy-
 „ dropicum devenisse; et a dysenteria
 „ inde mensis decurrerat. Nihil in ho-
 „ mine, de quo omnia quasi desperata
 „ videbantur, agendum esse vidi, nisi
 „ vires refocillentur. Quem in finem
 „ diætâ ad hoc propriam præscripsi.
 „ Mire sub his restaurari incipiebat, et
 „ sola hujus diætæ continuatione inte-
 „ gre restitutus fuit. Non enim nisi
 „ aliquoties extractum baccar. juniperi
 „ sumpsit; sed quia diætæ vim viderim,
 „ parce. Summe secundarium ergo

(a) l. c.

(b) Observ. clin. ad duct. medic. in nosocom.
 gener. Varsav. Fascic. I. p. 49. sq.

„ ejus in hoc negotio ministerium fuit.
 „ Juscula vero bene nutrientia ac sæ-
 „ pius et parva semper quantitate ex-
 „ hibita, quies commoda, aer medio-
 „ cris, vera medicamina fuerunt „.

2. *Motus corporis.* „ Exercita-
 „ tiones et fricationes huic quoque
 „ morbo necessariæ sunt „, inquit CEL-
 S U S (a), et ad amissum intestinis to-
 num reddendum nihil adeo utile esse
 atque equitationem T. THOMPSON (b)
 affirmat; cum enim pro viro consule-
 retur, qui e diarrhœa longa in liente-
 riam incidit, cibus per alvum cito et
 nihil prorsus mutatis secedentibus, cum
 insigni debilitate, siti, et anorexia,
 cumque jam ante sæpius fuisset vacua-
 tus æger, in posterum svasit sequen-
 tium usum :

R. ♂ cort. Peruv. ℥ij

Cort. aurant. ℥j

Rad. Serpent. Virgin. ℥℞. Af-
funde

Vini albi ℞ij. stent per 4 dies,
tum colaturæ factæ ad-
de

(a) l. c.


(b) l. c. p. 107.

▽^x cinnam. spirit. ℥vj
 ℞ lavend. comp. disp. Lond. ℥ij.
 M. S. æger 4^a vel 5^a quaque hora co-
 chlearia ij. iij. Porro equo æger dili-
 genter et quantum per alvi fluxum lice-
 ret, ut veheretur, svasit, cibos impe-
 ravit leniter calefacientes, blande ad-
 stringentes, et moderate solidos, v. g.
 cremorem oryzæ, fago, gelatinas.
 Concessit etiam subinde haustum vini
 Gallici rubri chalybeati; pro communi
 autem potu aquam esse voluit, in qua
 pauculum cinnamomi decoctum fuit, cum
 adjecto deinde pauxillo vini, nuce mo-
 schata, ac panis tosti segmine. Si vero
 ab his lienteria non desisset, svasit ene-
 mata nutrientia. Interea sub usu præ-
 scriptorum prælidiorum, ac diæta rite
 observata, lienteria pedetentim remit-
 tebat; et cum æger longo tempore
 quotidie equitationi indulisset, univer-
 sum ejus corpus admodum inde robo-
 ratum fuit. Interea tamen et *quies* est
 necessaria, ac vel maxime a desidendo,
 ut æger alvum, quam diutissime potest,
 cohibeat, ut ita p. n. ille peristalti-
 ticus motus rariori ejus exercitio red-
 dito sensim elanguescat, qui crebris
 alioquin desidendi actibus, fovetur.

Hinc CELSUS (a) „ cum in omni
 „ (ait) fluore ventris tum in hoc præ-
 „ ciptue necessarium est, non quoties
 „ libet desiderare, sed quoties necesse
 „ est, ut hæc ipsa mora in consuetu-
 „ dinem ferendi oneris intestina de-
 „ ducat „.

3. *Animi motus*, in primis ira ter-
 rorque sedulo vitari debent; eo quod
 motum peristalticum magnopere turba-
 re observentur.

(a) l. e.



SYLLABUS AUCTORUM.

<p>Act. nat. cur. 13. 46. Act. nov. nat. cur. 45. 49. Amatus 51. 54. Aurelianus 21. Boenneken 45. Boerhaave 2. Boerner 44. Camerarius 36. Celsus 1. 2. 22. 25. 57. 58. 59. 61. Deodatus 14. Duretus 3. 12. Faber 45. Fischer 7. Forestus 11. 15. 24. 28. 29. 35. 51. 55. Gabelchover 7. Galenus 2. 17. 23. 25. 27. 29. 50. Gorterus 25. 26. 29. Guainerius 12. Hartmannus 14. Heer 43. Helidæus 30. Hippocrates 9. 15.</p>	<p>16. 17. 23. 24. 26. 29. Histor. mor. Vratisl. 11. 16. 18. 30. 50. Knigge 37. Laubius 13. Lentilius 40. Misc. nat. cur. 8. 10. 14. Morgagni 15. 20. Obs. Varsav. 58. Pechlinus 2. 4. 27. Riedlinus 3. 42. Samml. zum Gebr. pract. Aerzte 42. Sauvages 7. Schenckius 36. Schomberg 32. Seguer 46. sqq. Sennertus 53. 57. Sinibaldus 32. Sorbait 57. Thompson 42. 59. Tillingius 31. Vaterus 10. Weikard 43.</p>
--	--

T H E S E S.

Essentia febris consistit in spasms. 1.

2.
Crusta phlogistica in detracto morbis inflammatoriis decumbentium sanguine, adeo sæpe apparens, fallax, et incertum inflammationis præbet signum.

3.
Ex sola sanguinis densitate, aut vasorum obstructione non suboritur inflammatio.

4.
In Apoplexia nunquam convenit emeticum.

5.
Absoluta mortis signa non dantur, nisi quæ a putredine sunt.

6.
In Hæmorrhagia uteri parturientium a placenta prævia orta Encheiresis aperto jam ore uterino sine mora instituenda est.

7.
Venæ Sectio in dolorum debilitate a plethora, partum, dolores resuscitando reddit faciliorem atque accelerat.

8.
In Hysteroloxia perfecta, versio, in imperfecta vero situs parturientis adaptatus remedium unicum.

9.

Non dantur Emmenagoga stricte talia.

10.

Generatio animalium, neque ex systemate animalculorum spermaticorum, aut Evolutionis ovulistarum explicari potest.

11.

In Hydrophobia summopere systema nervosum adfectum esse, pluribus ex rationibus ostendi potest.

12.

Cicuta sumo cum effectu in tumoribus induratis etiam interne optime quandoque exhibetur.

13.

Ægri etiam initio acutorum nutriendi sunt.

14.

Placentam post partum festinantius extrahendo plus peccatur, quam aliquod spatium post partum illam relinquendo.

15.

Morbi inflammatorii raro judicantur per alvum.



